



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Zamorensi Episcopo, & magistris Mauricio Archidiacono Toletano &
Michaeli Canonico Segobiensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

remitatis eandem ad nos sufficienter instruētam, præfigentes partibus terminum competentem quo nostro se conspectui re-præfentent sententiam dante Domino receptura. Ne verò per excogitatum malitiam, sicut ex quibusdam præsumptionibus pluribus videbatur, effectum sententia in diarium Episcopi contingere impeditur, neve monasterium per executionem sententia propter ipsas suspiciones incurret detrimentum, nos æquitate pensata ita du-ximus providendum, ut ante omnia supra-dicta sententia à nobis prolatæ per vos execu-tioni mandetur. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus sententiam ipsam sublato appella-tionis obstaculo executioni mandantes, faciatis eandem inviolabiliter observari, contradictores per censuram ecclesiasti-cam compescentes. Quod si non ambo his exequendis potueritis interesse, alter vel-trum ea nihilominus exequatur. Datum Laterani VIII. Kalen. Maij, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

ZAMORENSI EPISCOPO,
et magistris Mauricio Archidiacono To-
letano & Michaeli Canonico Segobiensi.

Epiſt. 60.
De cedēre re.
Cap. Sullicitatā.
De in iust. refi-
tare.

Vſcitata super diversis articulis &c. in eundem modum ut in alia per totum usque duximus indulgandam. Quocirca præfen-tium vobis auctoritate mandamus quatinus recipiatis testes quos pars monasterij ad probandam præscriptionem legitimam &c. ut in alia usque à nobis prolatæ sublato appella-tionis obstaculo executioni mandetur, cuius executionem tibi, frater Zamorensis, & venerabili fratri nostro Legionensi Episcopo duximus committendam. Volumus nihilominus & mandamus ut ab Episcopo recipiatis idoneam cautionem quod si monasterium in causa ipsa per sententiam pra-valuerit, uniuersa quæ medio tempore ipsius sententia occasione percepit monas-terio restitut memorato. Quod si non omnes &c. duo vel-trum ea &c. Datum ut in alia per totum.

E I S D E M.

Epiſt. 61.
De negotio Ca-
pellæ S. Ma-
riae de caſtro
Sorii.

Vm in causa quæ inter Burgensem Ecclesiam & Clericos sanctæ Mariae de caſtro Soris super quibusdam Ecclesias & rebus aliis veritut, ad dilectum filium Abbatem de Retorta & Priorem de Corrubii fuerint à ſede apostolica litteræ im-petratae, ipſi reputantes venerabilem fra-trem nostrum Burgensem Episcopum con-tumacem, in rerum petitarum poſſeſſio-

nem cauſa rei ſervandæ partem induxerunt adverſam. Verum cum ſuper corundem proceſſu, quem memoratus Episcopus, utpote poſt appellationem ad nos legitime interpoſitam attentatum, revocari pete-bat, inter ipsum & . . parti adverſa pro-curatorem fuſſet in noſtra preſentia diu-ni litigatum, taliter fuit demum à nobis de ipſorum voluntate proviſum, ut tam ſuper dictarum rerum omnium poſſeſſione quād etiam fructibus, quoſ nunc poſſeſſe dicti Clerici reſtituere, præfato Episcopo reſtitutis, de reſtituendis aliis, quam cirō ſe facultas obtulerit, idoneam exponant dicti Clerici cautionem; ad quod eos, ſi neceſſe fuerit, per vos volumus & manda-mus, appellatione remota, ecclæſiaſta cenzura compelli. Poſtmodum autem Epis-copus petiit coram nobis ut Clericos ejusdem Eccleſiæ, qui poſt interdicti ab eodem Episcopo & excommunicationis ſen-tentias à Palentino electo & ſuis conju-dicibus delegatis à nobis propter eorum con-tumaciam rationabiliter promulgatas di-va præſumptiferant officia celebra-re prefa-tis ſententis vilipenſis, poena dignaremū canonica caſtigare, ac quorundam eorum corpora faceremus de cimiterio ecclæſia-tico exhumari, que interim fuerant tu-mulata. Procurator verò prædictus tam ſuper libertate liberè ſibi eligendi prela-tum quād etiam ſuper tertius ipſius Eccleſiæ, medietate domorum, molendinorum, vinearum, terrarum, & hortorum ad ipſam Eccleſiam in eodem caſtro ſpectan-tium, & Eccleſiarum ac terrarum ejusdem caſtri & circumadiacentium heremitarum, item sancti Nicolai, sancti Dominici, sanctæ Cæciliae, sancti Iacobini, sancti Stephani, sancti Iohannis, sancti Michaelis, & sanctæ Eulaliae Eccleſiarum & heremitarum circumadiacentium eis, rurſum sancti Michaelis de Tavanera, sancti Stephani de Caſtnello, sanctæ Mariæ de Villaſilos, sancti Martini & sancti Andreæ Eccleſiarum, cum adjacentibus eis heremitoris universis, terrarum quoque ac vinearum & molendinorum medietatis & de Arnelas & de Palatios & de Fitero Eccleſiarum, necnon & de Pontefitero, & de Feneſola, & Villa viridis, & de Alcobella, & sancti Cypriani Eccleſiarum, ac heremitarum omnium circumadiacentium eis, procu-rationum quoque & obedientiarum & in-terdictorum de Valbonella, de Fonte Le-fina, & de Valvinchera, & de Valvas Eccleſiarum, & medietatis de ſolaribus, hor-tis, terris, vineis, molendinis Eccleſiarum